



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 19. Quid addendum sit circa attentionem in Ministro requisitam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42545

stanti sicut mutabitur. R^e. Ad 1. Verba esse absolu-
ta respectu intentionis significandæ, quia ab-
solutè significant intentionem, præscindendo an
hæc sit absoluta an conditionata; patetque hoc,
nam semper consignificant conditiones intrin-
secè imbibitas; nec ideo discordant à mente aut
sunt mendacium, quia qui præsciadit, non men-
titur, probatque recte Hun. à n. 708. in com-
muni modo loquendi etiam divino solere sepe
omitti conditiones, etiam extraneas, quamvis in
mente retineantur, sic enim Deus dixit, subver-
tur Ninive; & pater s^xpe dicit filio, puniam te,
subintelligendo, si non offenderis poenitentiam vel
emendationem. Ad 2. Verba illa, quibus signifi-
catur conditio, non sunt pars formæ, sed forma
adæquata sunt verba, secundum se absoluta, à
Christo instituta seu ab Ecclesia determinata,
quorum sensum à Christo intentum non immu-
nat conditio significans intentionem Sacramen-
to h^{ic} & nunc necessariam secundum volunta-
tem Christi.

84. Q. 19. Quid addendum sit circa attentionem in
Ministro requisitam. R^e. Quid & quætuple sit at-
tentio, dixi l. 4. à n. 1332., quæ recolenda sunt.
H^{ic} adde seqq.

S. 1. Ad valorem Sacramenti requiritur at-
tentio interna Ministri, sive advertentia & appli-
catio aliqua animi ad hoc, quod facit; aliequin
confessio Sacramenti non esset actio humana,
nec posset dici facta in nomine aut persona Chri-
sti, quod tamen requiritur, secundum dictan.
54. Et ad hoc sufficit attentio virtualis, ut colli-
gitur ex dictis n. 58.

Objicer.

Objicis. Ad valorem contractus requiritur plena deliberatio, secundum dicta l. 3. p. 2. n. 650., quia nempe contractus est actus humanus; & cum sit res majoris momenti, fieri debet à toto homine, ergo multò magis requiritur ad valorem Sacramenti, quia Minister operatur in nomine aut persona Christi, & quidam circa rem maximi momenti, necessariam ad salutem, ergo ubi est distractio & semiplera tantum advertentia, qualem patitur attentio tantum virtualis, Sacramentum est invalidum. R. Sicuti ad contractum sufficit præcessisse plenam advertentiam formalem, quæ maneat virtualiter, quando fit contractus, ita etiam ad Sacramentum: cum quo stat, quod quando actu ponitur contractus vel Sacramentum, possit esse distractio, quia adhuc maneat plenè deliberaata, ratione plenæ deliberationis virtualiter remansit. Hinc

§. 2. Infertur 1. Vix fieri posse, ut Sacramentum per distractionem reddatur invalidum, nisi esset distractio omnimoda vel planè ectasis aut raptus. 2. Esse peccatum veniale irreverentiaz, si quis in conficiendis Sacramentis distrahitur voluntarie, utl eum communi Gob. in Exper. t. 2. n. 102. Quod si esset periculum errandi in formis, præsertim longioribus, aut applicatione debitæ materiaz, posset esse mortale, utl idem notat tr. 1. n. 97. Imò Tamb. hic l. 1. c. 2. §. 1.r.4. dicit eum peccatum mortaliter, qui voluntarie distraheretur in consecratione Eucharistiaz, quia putat esse gravem irreverentiam, si quis in Sacrificio, quo profitetur Deum esse summè veneran-

nerandum , cum illo ita irreverenter se gerat,
ut clarius se explicat de Sacrif. I. z. c. 3. n. 9.

D U B I U M I.

Quid requiratur in Ministro , ut licet ministret.

86. " R Esp. I. Præter ea, quæ ad valorem requiruntur , requiritur probitas , sive ut sit in gratia , cum quia Christo , cuius est Minister , debet se conformare: tum quia sancta sanctè sunt traditanda ; tum quia ad hoc quidam singulariter ordinantur , & gratiâ peculiari donantur , ac proinde hoc curare præ aliis sunt obligati. Ita Lay. l. c. & com. Unde resol.

" I. Peccat graviter , qui conficit Sacra menta , non habens sufficientem jurisdictionem , vel de ea rationabiliter dubitans , vel qui censor est prohibitus.

" II. Non licet Sacerdoti administrare Sacra menta cum atritione cognita , quia adhuc est extra statum gratiæ . Bon. t. 1. de Sacr. q. 3. p. 2. §. 1.

" III. Non tamen necessariò præmittit confessionem , (nisi velit celebrare) et si si consultius , quia de hoc nullum est præceptum ; & ad delendum mortale sufficit contritio . Vasq. d. 136. 6. 1. Card. de Lug. d. 8. f. 9.

" IV. Minister Sacramenti ad id ordinatus , si conficiat & ministret solenniter in mortali , v.g. si baptizet vel celebret , peccat mortaliter tanties quoties ; (quod etiam verum esse volunt Sayr. Ledes. & Bon. Gran. cont. 3. s. 5. d. 5. de Dia cono)